plius libertatem faciendi illum sibi, nam revocavim. vob. illam et ita ex nunc revocamus vob. in dicto casu omnem libertatem quam haberetis a nob. sup. practica et tractatib. antedictis. Est autem nr̄a. intentio in dc̄o casu si non concludendo ut superius dictum est, q. debeatis tenere modum q. dns Lucas de Leone secundum formam promissionis suae reverti debeat in Montesilice, sed antequam revertat. volumus q. cum illis bonis et utilibus verbis quae vr̄e sapientie videbunt. dicere debeatis dc̄o dn̄o Lucae, q. ipse videt et cognoscit clare et manifeste q. dn̄s Paduae recessit a via concordii et compositionis, nec ad illud voluit aliquo modo attendere nec consentire et propterea ipse scit illud q. alias promisit dn̄o Jacobo de Priolis, cui Deus p̄cat, de volendo facere et servare de loco Motissilicis, non attendente dc̄o dn̄o Paduae, ut non facit ad concordium et compositionem, ita q. si est ille homo quem semper eum reputavim. et reputamus debet omnino velle mittere factum executioni, p. bono suo et fratis et domus suae inducendo ipsum ad hoc quantum poteritis. Et si se disponet ad mittedum factum executioni ut promisit, volumus q. intelligendo vos cum eo procuretis de mittendo et ducendo rem ad effectum cum illo ordine et regula qui necessarii fuerint. Quando autem videretis, q. non attenderet ad volendum mittere promissionem suam executioni, dicere sibi debeatis, q. est bene sapiens et sciet et videbīt si bene vel male faciet sibi et suis, sed nos bene cognoscimus q. p. una re non posset aliam facere in processu tpōris sibi et suis magis utilis et comoda esse posset q. implere intentionem nrām et promissionem suam. Unum in conclusionem reducentes vob. ad memoriam et de hoc onerantes vos quantum possumus, quatenus post positis oībus, vigilare et vigilari facere debeatis die nocteq. ad bonam custodiam et conservationem exercitus nr̄i et gentium nrār. et ad tenendum illas sub bono ordine et regula ita q. continuo vigilari possit et attendi ad damnificandum et stimolandum in omni parte inimicum nrūm ut cogat. inimicus facere qd. cum magna sua prerogativa facere potuisset. Et ut possitis concludere secundum formam libertatis quam habetis a nob. et nrōr. mandator. mittimus vob. sindicatum nrūm in forma presentibus inclusum, requisitum p. litās vrās datas VIII pn̄tis hora tercia noctis, sc̄dm notam quam nob. misistis et aliqb. additionib. illi necessariis.